

sendimus: Ne autem nostra sententia aliquid novi spirare videatur, adferemus catalogum Philosophorum & aliorum Doctorum, quos hoc in negotio partim Duces, partim Comites habemus. Primum locum sibi vendicat divinus ille Philosophus Plato, qui in Timeo aliisque in locis tres homini animas tribuit ex triplici operatione vite, cognitione, ira, nutritione, quarum primam in cerebro, secundam in corde, tertiam in epate collocavit; easdemque l. 9. de Republ. similes fecit tribus civitatis partibus consulari, militari, questuose, & tribus hominum generibus, Philosopho, contentioso, avaro. Probavit autem 4. de Republ. suam hanc sententiam de triplici animo eo argumento, quod saepe in homine aliud iracundia, aliud libido suadet. Quare quod hoc intestinum bellum non videatur ab eadem anima excitari posse, tres animae in homine ponenda erunt. Vide Conimbricenses c. 1. Hunc secutus est Medicorum Princeps Galenus in libro qui inscribitur, quod animi mores corporis temperamentum sequantur; & l. 7. de Decretis Hippocratis & Platonis, ubi ternarium numerum animorum se contra Aristotelem demonstrasse gloriatur; quod labore superfedere potuisset Galenus, cum hoc ipse Aristoteles exercitis verbis non uno in loco fassus fuerit. Hisce $\Psi\eta\Phi\omega\nu$ adjecerunt Philoponus l. 1. de Anim. text. 91. Iandunus de Anim. qu. 12. Paulus Venetus som. de Anim. c. 5. Ockam quodlibet. 2. qu. 10. & 11. Maironis l. 2. sent. d. 17. q. un. Thomas Garbius l. 1. tr. 5. q. 9. Fernelius l. 7. Physiol. c. 5. p. 163. Zabarell. in comment. ad 2. de an. t. 31. fol. 361. & in comm. ad 1. de gen. & cor. p. 830. & in lib. de fac. an. c. 8. Schegkius comm. in lib. 3. de an. p. 344. Henr. Arniseus Disp. Phys. 9. de an. §. 15. & 25. Cornelius Martini in Metaph. Minor p. 298. & in Metaph. major. (Ienae excus.) p. 205. in oap. de for. Fortunius Licetus l. 2. de sponte vivent. ort. c. 39. & alibi Greg. Horstius Instit. Phys. l. 2. §. 7. c. 4. qu. 24. & in lib. 2. de Nat. hum. exercit. 2. qu. 4. Casspar Bartholinus system. Phys. spec. part. 5. exercit. de an. c. 1. theorem. 3. D. Albertus Kyperus Anthropol. c. 21. §. 29. B. Dn. D. Hornejus in Comp. Nat. Philos. disp. Phys. c. 11. §. 7. B. Dn. D. Chytraeus in enarrat. ad c. 2. Gen. p. 73. & citante B. Slevogtio disp. 22. de Creat. contra Ebraeos §. 7.

R. Elie

1 Plato

Conimbricenses
Plato

Galenus

3